Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



III R. 18.

lausor·ita ut non remanet in eo ali
quis·dixit ergo ad heliam mulier ad
mihi & tibi vir dei·ingressus ad me
ut reminiscerentur iniquitates mee
& interficeres filium meum·& ait ad
eam helias·da mihi filium tuū·tulit
q; eum de sinu illius·& portauit eum
in cenaculum ubi ipe manebat·& po
suit sup lectum suū·& clamauit ad do
minum·& dixit domine deus meus
etiam ne uiduam aquam apud quā
ego·ut cum q; sustento afflixisti ut in
terficeret filium eius·& expandit se at
q; nescius est sup puerum tribus uicibus
clamauit q; ad dñm & ait·dñe deus
meus reuertatur oro anima pueri hu
ius in uisceribus eius·exaudiuit dominus
uocem helie·& reuersa est anima pu
eri intra eum & reuixit·Tulitq; hel
ias puerum & deposuit eum de cenacu
lo in inferiorem domum·& tradidit ma
tri sue·& ait illi·en uiuit filius tuus
dixit q; mulier ad heliam·nunc intel
lego quoniam uir dei es tu·& uerbum domi
ni in ore tuo uerum est·

XVIII

Post dies multos·factum est
uerbum domini ad heliam in
anno tertio dicens·uade ostende te a
chab·ut det pluuiam super faciem ter
re·Abiit ergo helias ut ostenderet se achab·Er
at autem fames uehemens in samaria
Vocauit q; achab·abdiam dispensato
rem domus sue·abdias autem timebat
dominum deum istum ualde·nam cum in
terficeret iezabel prophetas domini·tulit
ille centum prophetas & abscondit eos
quinquagenos·& quinquagenos in spelun
cis·et pauit eos panem & aquam·dixit q;
achab ad abdiam·uade in terram ad fon
tes aquarum & ad torrentes

ualles si forte inuenire possimus herbam & saluare equos & mulos & non
perdamus iumenta de terra·diuiserunt
q; sibi regiones ut circuirent eas ach
ab ibat per uiam unam·& abdias per
alteram seorsum·Cumq; esset abdi
as in uia helias occurrit ei·qui cum
cognouisset eum cecidit sup faciem
suam & ait·Tu es domine mi he
lias·& ille respondit·quid peccaui in
quid·quoniam tradis me seruum tuum
in manum achab·ut interficiat me·
Viuit dominus deus tuus quia non
est gens aut regnum quo nō miserit
dominus meus querens te·& respondē
tibus cunctis non est hic·adiurauit
regna singula & gentes·eo quod inue
nire te reprehenderis·& nūc dicis uade
& dic domino tuo ad est helias·Cum q;
recessero ego spūs domini asportabit
te in locum quem ego ignoro·& ingressus
nunciabo achab·& nō inueniens te in
terficiet me seruus autem tuus timet dñm
ab infancia sua·Numquid nō indicatum
est tibi domino meo quid fecerim cum
interficeret iezabel prophetas domini q;
absconderim de prophetis domini centum
uiros quinquagenos & quinquagenos in
speluncis & pauerim eos pane & aqua
& nūc tu dicis uade & dic domino tuo ad
est helias ut interficiat me & dixit hely
as·Viuit dominus exercituum ante cu
ius uultum sto·quia hodie apparebo
ei·Abiit ergo abdias in occursum ach
ab & indicauit ei·Venit q; achab in occ
ursum helie & cum uidisset eum ait·
tu ne es ille qui conturbas israhel·& ille ait
non ego turbaui israhel sed tu & domus
patris tui qui dereliquistis mandata
domini & secuti estis baalim·Verūtamen